



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Via Vitæ Operis Hvivs Hypothesis**

**Florentius <Batavus>**

**Antverpiae, 1551**

Quod opera nostra ardent i debeant fieri amore. Capvt XVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30077**

**Ber. ibid.** aliquid subesse noxæ, quæ oculis diuinæ di-  
**Ioh. 5.** spliceat maiestatis, causamq; diligētius per-  
 scrutare, ob quam tibi Deus infensus sit: ac  
 deinde deprehensæ noxæ sedulo aduersās,  
 eandem portam repete per quam es egres-  
 sus, iam si gratia propitiata redierit, multo  
 amplius tunc timendum, ne forte cōtingat  
 reciduum pati, iuxta illud in euangelio, Ec-  
 ce sanus factus es, vade & amplius noli pec-  
 care, ne aliquid deterius tibi contingat.

Quod opera nostra ardenti debeant fieri amore.

## CAPVT XVI.

**Bona in spe**  
**cu dif. c. 2.** **S**Ummè etiam necessarium ad profectū  
 virtutum, ne quid oscitanter aut tepidè  
 facias: sed siue a malo temet retrahas, siue  
 ue boni quippiam aggrediaris, ardenti id fa-  
 cias animo: nam ita reddetur opus tuū gra-  
 tius Deo, & multæ bonarum affectionum  
 scintillæ in ingentem tandem excrescent i-  
 gnem, qui cæteros õnes affectus prauos de-  
 uoret & consumat, iuxta illud sapientis cu-  
 iusdam: Ollæ feruenti muscæ non incidet.  
 Qui autē tepidus & remissus est, veluti ro-  
 ta est molendini, quæ tamen continuo ver-  
 tatur, a loco tamen suo non digreditur: ita  
 & is quoniam vsu magis quam amore bene-  
 facit, nullum facit in virtutibus progressū.  
 At qui ardenti affectu fertur in dei obsequi-  
 um, indies

IMPEDIMENTIS ET ADIVMENTIS 10  
um, indies magis ac magis diuino illustratur  
intellectu, ita vt indies magis suam intelli-  
gat vilitatem, prauorum affectuum turpitu-  
dinem, probæ vitæ nobilitatem: deinde eti-  
am Dei celsitudinem, sapientiam & bonita-  
tem, quarum rerum notitia ad maiorē sem-  
per accendetur amorem & obsequiū. Quē-  
admodum enim frequēti flatu ignescit car-  
bo, ita & proficientis animus continuo de-  
bet inflammari impulsu. Quicquid acturus  
es siue opus sit corporale siue spirituale, siue  
externum siue internum, lubens id peragas,  
citra cunctationem, murmur, responsatio-  
nem, non eum respiciens cuius imperio aut  
rogatu id facis, cuiusue in hoc cōmodo ser-  
uis, sed Deum ipsum tibi proponens, in cu-  
ius obsequium & gloriam fit, quicquid vs-  
quam boni fit: effectus etiam charitatis, vt  
in ipsa possis succrescere frequenter cum su-  
spirijs perurminans: præsertim dū opus ali-  
quod paras aggredi, aut etiam in ipso iam  
opere: sicuti apol. olus ipse Paulus erudiēs,  
Serui inquit obedite dominis carnalibus cū *Eph. 6. 2.*  
timore & tremore, in simplicitate cordis ve-  
stri sicut Christo, non ad oculum seruientes  
quasi hominibus placētes, sed vt serui Chri-  
sti, facientes voluntatem Dei ex animo cū  
bona voluntate, seruientes sicut domino &  
NON

DE SPIRITVALIS VITAE.

non hominibus. Nam (vt idē alias inquit) hilarem datorem diligit Deus, qui & gratissimam habet non coactam, sed vltronea, & ab amore proficiscentia sacrificia. Fœlix proinde quisquis ita diuino flagrat trahiturq; amore, siquidem præterquam quod cito ditescit virtutibus & gratijs, haud facile potest ab hoste superari. Vbi enim alij vix reptant, ibi volat, vbi alij veluti ad sepem resistant, ibi facile transilit. Auis enim seu bestia quæ velox est, haud facile potest à venatore comprehendi aut iaculo appeti. Hic quoq; quasi alter Elias est, qui curru igneo, & igneis equis per turbinem in cœlum subuectus est. Nam quod illi currus, hoc isti flammæus ille est erga Deum amor: & quod illi equi, hoc isti sancta sunt suspiria, atq; ingentia desideria, quibus tū ad maiorem semper fertur Dei cognitionem, tum ad perfectius erga eundem obsequiū, quæ etiā vt semper trahunt, ita nunquam sinunt currum amoris interquiescere: iuxta illud Gregorianū. Nunquam est Dei amor ociosus. Operatur etenim magna si est, si vero operari renuit, amor nō est. Atq; hinc palā liquet, an (quod nobis persuademus omnes) verè Deum diligamus. Præterea quisquis hoc vehitur curru, cum Elia etiam pallium abijcit, hoc est, terre-

Cor. 9. b.

Re. 2. b.

Gre. Ho. in  
quan. 10

IMPEDIMENTIS ET ADIVMENTIS 31  
terrenarum rerum sollicitudinem, & super-  
fluitatem, quibus plerique miserè oneran-  
tur: est enim veluti festinus & prudens vi-  
ator, qui cuncta abiicit quæ ipsum possent  
in itinere remorari, vt sunt graues sarcinæ,  
laxa indumenta, & id genus alia. Vnde non  
reptasse aut iuisse simpliciter sanctos legi-  
mus in via salutis, sed cucurrisse potius iux-  
ta illud Dauidis. Viam mandatorum tuo-  
rum cucurri, quum dilatasti cor meum: Psal. 118.

Vnde & apostolus: Cursum, inquit, con-  
summaui. Qui item alibi ita nos hortatur. 2. Thi. 4. b.  
1. Cor. 9. d.

Sic currite, vt comprehendatis. Cæterum  
Eliæ nostro etiam illud congruit, quod di-  
citur per Iesaiam: Anima mea desiderauit Iesa. 26. b.

te, sed & spiritu meo in præcordijs, de ma-  
ne vigilabo ad te. Et illud quod Israeli per Leui. 1. d.

figuram præceptum est: omne sacrificium  
sacerdotum igni debere consumi. Feruore Deu. 4. d.  
1. Io. 4. b.

etenim opus est, vt diuinum rectè peraga-  
tur seruitium. Ad hæc, quum Deus noster

ignis consumens, & charitas

esse scribatur,

cultores

ipsius

charitate fla-

grare æquum

est.

De